

Lencopoecila albofasciata n. sp.

Nigricans, nitidus, antennis totis, rostro, coxis femoribusque nigris. his extremo apice, tibiis tarsisque pallide flavo-testaceis, tibiis posticis basin versus articuloque ultimo tarso-rum nigro-fuscis; spinulis tibiarum posticarum e punctis minutissimis nigricantibus nascentibus; hemielytris nigro-fuscis, cum scutello breviter minus tenuiter flavo-pubescentibus; corio subtiliter punctulato, fascia transversali ante medium corii et clavi maculaque corii supra basin cunei albidis, mem-brana cum areolis venisque fumata. ♂ long. 2, lat. 1, ♀ long. $1\frac{1}{2}$, lat. 1 mm.

Kingston.

Sthenarus plebejus n. sp.

Ovalis, piceo-niger, nitidus, articulis intermediis rostri duobusque primis antennarum, femoribus totis vel apice late, tibiis tarsisque pallide ochraceis, articulis ultimis antennarum raroque secundo apicem versus fuscentibus, tibiis punctis de-stitutis, spinulis concoloribus pallidis armatis, tibiis posticis interdum picescentibus, tarsis apice fuscis; capite basi pro-noti circiter $\frac{1}{4}$ angustiore, margine verticis tenui latissime arcuato; rostro coxas posticas longius superante; antennarum articulo secundo latitudini basali capitinis cum oculis aequo longo; pronoto disco postico subtilius ruguloso, angulis ba-silibus interdum anguste pallidis; hemielytris squamulis aureis facillime divellendis parcus vestitus. ♀. Long. $1\frac{4}{5}$, lat. fere 1 mm.

Mandeville, plura spec; Tambillo, D. Otto, 1 spec. (Mus. Vindob.).

Sthenarus basalis n. sp.

Ovalis, piceo-niger, nitidus, capite testaceo, vertice pi-cescente, oculis nigro-fuscis; rostro, articulis duobus primis antennarum (ultimi desunt) pedibusque cum coxis pallide te-staceis, articulo secundo antennarum latitudini verticis oculi-que unici fere aequo longo, versus apicem distincte incrassato et tertia apicali parte piceo-nigro; femoribus posticis punctis